qui soli remanserāt n̄ audire vo
lebat voces p̄phaz. nec legem de
i adūtere. sed om̄derūt seu itare
cerauerūt p̄phas et iustos qui le
gem dei sentire volebant. **E**t ma
nasses qui et iherlm̄ sanguine sanc

toru' u' ino'ctiu' repleuerat vsq; ad
 os. et prius achab et ioz'am reges
 et isabel multos p'phas occiderunt.
 et vt putabant om'is p'eter eos q's
 abdiab seruus achab i' spelu'is
 absco'derat ita ena' vt iheremia
 sanctissim' tpe sedechie i' luto dem
 serant. que tame' abdonalech ethi
 ops extrane' extraxit de luto. i' q'
 vsq; ad collu' insus erat nullo su
 i' misericordie de filijs isrl' eiusdem
 xxxvii. **P**ostea p' eundem sede
 chiam i' vestibulo carceris detrusus
 est usq; quo capta fuit iherlm' eripi
 ente cum nabuzardan mag'ro mili
 tu' regis babilonis et libertate' ei p'
 o'ibus donante. Qui et apud p'ri
 os nulla' m'iaz potuit inuenire **m'iaz**
 vt pat' eiusde' xxxix et xl' capitulis
Et i' ta' p'ua' num' iusti illius t'p'is
 redacti sut vt idem iheremias testat'
 cap' viii q' d'ns ad eu' dixit. Circaute
 vias iherusalem' d'siderate et queri
 te i' plateis ei' an' inu'iat'is viru' fan
 entem iudiciu' et q'rentem fidem' y
 p'ians ero eis id'z om'ibus alijs s'cd'
 nicola'u' de l'ua. **E**cce si pauca iusti
 fuisset in tanta' m'iositate deus pep
 asset. **D**e quo no' p'ua' solatio ori
 tur in via recta gradientibus. vt
 et si tota' multitudo hoim' ad i'q'
 tate' declinaret. no' p'pter hoc iust'
 quisq; ad imutandu' turba' decli
 nare debz. **O**bluio ead' totalis de
 i' s'at'ie legis ex hoc appare' potest
 illi' t'p'e q' t'p'e iosie regis cu' ad
 eius mandatu' sacerdotes' d'flaret
 pecuniam ad istauranda' s'at'ia te
 pli' tecta' casu' i' domo d'ni' repperit

libru' regis sumi' a legis d'ni' quasi
 obliuioni traditu' longis t'p'ibus
Que' t'n' libru' legis i' continua' me
 ditatioe' a lectioe' habe' debuisset et
 oia' i' s'at'ie i' vestitu' a' i' sup'plumia
 domo'ru' scribi' debebat ac i' obliuif
 abuliter meozari. **P**er que' hoc
 de' post'is idelibile' meozia' relin
 queb' vt q'n' s'at'ia' p'cepta dei' i' s'co'z
 p'ri' ordiatioes' co'culca' ac iustos
 viros i' suis' amozia'ois' d'p'ri' et
 repudiari. sciam' certissime' nobis
 grande' aie' a corp'is p'iculu' i' brau
 imine' sicut filijs isrl' d'ungebat i'
 hac captiuitate' babilonis. **E**t q'n'
 to' plon'gab'it' pena' p' pat'iam' de
 i. tanto' acerbior' succedit t'p'e' exe
 cutio'is. **N**a' vt dictu' est p'colat'ia
 d'ce' tribu' t'p'e' iheroboam' i'choa
 ta' durauit p' d'uctos' q'n'quaginta
 anos' s'cd'm' i'ho' et vsq; hodie' p'ca
 i'flucta' fine' non habet. n' forte fi
 ne' habitura' est donec' plenitudo
 gen'au' intrabit' s'cd'm' apl'm'. a' sic
 ois' isrl' saluus fiet. **N**o' ergo ab
 uti' debemus' pacia' dei' q' nobis
 creditur. no' vt culpas' au'geam'.
 s; a culpis' resiliamus.

**De quinta etate et tpe capta
 uitatis babilonice et postea
 usq; ad xpm' cap' xii.**

Quoniam p'ca' isrl' q'
 bus et captiu' d'ca
 mebat' a' templu' illud
 gloriosu' d'ctum' a' ciuitas iherlm'
 funditus euelli. Nabuchodonosor
 rex babilonis executor' d'ne' s'nie
 pora' p'phetaru' p'mulgatae. q' c'ch'
 seruus dei' d'ns licet p'uce' s'issim'

pdolatra her oia nutu dñi ipse
videtio ano sedechie. ipm cepit
oculos eius crucib. filios omnes
i oculis ei. ipm duxit i babilo
nem vbi et mortuus e scdm pda
a iheremia. Qui iheremias scies
ihrlm destruedam et templu.
scam archa testameti a moyses fac
ta oronib obtinuit recodi i mote
vbi moyses sepultus fuit vt habe
y machab y. Et ipe liberat a vesti
bulo carceris p rege babilonis vt
rabi samuel dicit. et spatices filij
isrl q crudeliter cathenas vincibat
et dicebant. ipe iheremias iurit se
eis sponte reuelans q dfortans
cathenas eoz donec rapsaces cu
phiberet. q tn pri eu in carce ue
rant bonu reddes pro malo. Iustu
vltiq erat vt qui creatori sui ag
noscere nolebant puniretur. vt rex
supbus et iniquissim⁹ supbia eoz
domaret. sicut olim supbus pha
rao rex egypti p ranas et muscas
domitus est. Et qnto illi sa pha
rao et populus eius erant supbi
ores tanto de rebus dtemptabilio
ribus et abiectis facta est cerux
eoz mala. vt ait aug⁹ de vrbis
apli. Non obstantibus tn pnis
eoz deus pmissimus ipas pphas
ordinauit in babilone scz ezechie
lem. danielē. iheremia qui eis de
iudea scripsit. et dolabatur eos.
et vt orarent p nabuchodonosor
et pace regni ei. Qzi pace iqt
regni ei erit pax vestra. Et ei⁹
tempus duratiois captiuitatis
pdixit scz septuaginta anos. Nec

tn in captiuitate positi via dei
custodierunt. s; ezechielem ppham
ociderunt sicut et hii qui remanse
rant in iudea pauci nro tanq
fugitiui post morte godolie que
rex nabuchonosor terre pfererat.
ipsi metu eis regis fugientes ihe
mia in egypto i tafnes lapidauerunt.
Quē tn egypti honorantes circa
sepulchra regu tumulauerunt.
cuius merito egypti multa bn
ficia sunt dscuti. Et si qsb cre ve
lit dsciderare a tpe vocatiois ab: a
he. vsq; ad transmigratioem nris
numerus deu iuste colentiu adeo
fuit attenuatus sicut illo tpe
quo templu salomonis toti orbi
celebrum erat desolatu. In signu
pen⁹ destitutiois totius sciatatis. P qsb
audebit asserē filios isrl eia in
captiuitate p septuaginta anos
pdola no coluisse. cu iestas nabu
chodonosor duocasse ad dedicatio
ne statue auree vnnersu iplm
tribu et linguas ut ea adoraret.
Inter quos pauldubio q filius
rahel erat. Et oes eu pscntes
adorauerunt ppter preceptu regis
preter tres pueros anania. aza
riam. misaelē. principes terre
babilonis constitutos. qui et
iussi sunt mitti in caminu ig
nis. Et si alij filiter filij isrl adeo
orare nolluissent quis dubitat
filem penam in eos pcessisse. P
forte eis tuc ad culpam non tm
impatabat ppter metu pene. s; i
an captiuitate qn nullo cogente
sponte pdolis soluerunt. seruauerunt

ideo nullā facit de eis scriptura mē
 tionē. **H**ic elucere possunt ex caplo
 xiii daniel. cū tyrus rex bel ydolu
 & draconē adoraret. quesuit dan
 elē cur eos filiter nō adorēt. vñ p
 spūm est q̄ alij eos oēs adoraret.
Pn̄ autē ex hystoria esdre notū ē
 q̄ filij isrl̄ i babilone vxores accep
 unt de filiabus nationū. q̄ p̄cul
 dubio eos ad culturā trahēbant
 ydolorū. Nam ideo mandauerat
 deus p̄ manū moysi ne d̄miserēt
 n̄ filiabus nationū aliarū. Tanto
 autem tpe habitantes in captiui
 tate. hñ qui ibi nati erant defun
 tis alijs qui p̄us de iudea ad babi
 lonem venerant ignorantes pa
 tris leges et terram p̄missionis
 i qua patres eorū habitauerat. cū
 tempus regressiōis venerat data
 libertate a tyro rege vt possent re
 uerti ad iherlm̄ in mētibz eorū vi
 luerat terra p̄missionis et placue
 rat t̄ra captiuitatis vt multi nol
 lent reuerti s; remanserūt i terra
 captiuitatis. **E**portebant aut̄ san
 danielom orōnibus ip̄erare ut de
 daret eis cor̄ regrediēdi ad p̄p̄riam
 terram vt pat̄z daniel x. **S**ub 30
 robabel duce p̄phetantibus agypte
 o et zacharia nouū templū est
 fundatum in angustia t̄pm̄ ce
 lamantib; vicinis gentib;. **N**ec
 nisi i quaginta sex est p̄f̄m̄ tem
 plū vt pat̄z jobis y s; longe mun
 p̄iosū q̄ primū templū. **E**t dicit
 iho; **V**etitia magna erat fūdato
 templo ab illis qui nō viderāt pu
 tēplū. **D**z ab illis q̄ gl̄am̄ p̄mi tē

pli viderant videntes secundi tē
 pli iequalitatem. q̄ tū primū leta
 bantur. tantū secundi lamētābā
 tur. et voces lamentantiū excellā
 bantur voces letantiū. **E**t aug
 de ciuitate dei. **E**x q̄ p̄ aggei et za
 charia p̄ham. q̄z temporibus es
 esdras qui & malachias dicit vsq̄
 ad iohem baptistam nullū habu
 erūt p̄ham p̄culdubio deteriores
 sunt facti et effecti q̄m p̄us. **E**t h
 tempus hñ durauit p̄ quadringē
 tos annos. **H**oc etiam ligere pote
 rit ex libris hester et iudith quoz
 hystoria medio tpe facte et cōscrip
 te sūt. **D**ile & duolibz machabe
 orum. **I**n quozū p̄mo claret. q̄n
 ta p̄tā aliqui ex isrl̄ d̄miserūt
 ementes sumū sacerdotiū. & ac
 cusauerūt fr̄es suos apud antio
 chū regem. q̄ dedit eis p̄tātē vt se
 queerēt ritib; gentiliū et facerēt
 gignasiū idē scolas gentiliū. **E**t
 quata execrabilia i templo dei fe
 cerant. & lupanaria i eo extrux
 erant vt patet y machabeoz vi.
Et que mala & strages p̄p̄si sūt
 d̄tinentur y machabeoz vi & vii
 ita vt inter duos annos. octogi
 ta milia occiderentur & quadra
 ginta milia vincti fuerant p̄
 antiochū regem. **D**z & nobiliū sep
 tem machabeoz v. tū matre ibi
 triumphus gloriofus describitur
Hoc etiam tempus a trāsmigra
 tione vsq̄ ad xp̄m̄ quatuordecā
 i se completitur q̄tatiōes scdm̄
 mathai. **E**t i se habuit ātuoz
 monarchias a tpe abrahe. **A**n

anus

tye ⁊ parū ante cepit monarchia
asspicioꝝ a nino et terminata fuit
tye balthasar que qꝛuis et darius
medi occiderit vt patz i hystoria
daniel. **S**eda a qꝛo usqꝫ ad ma
cedones durauit i qꝫ alexander p
m' regnauit vt patz pꝛimu macha
b pꝛimo. **T**ercia ab eodē usqꝫ ad
romanos. **Q**uarta a romanos
vsqꝫ ad xpm. cuiꝫ impū sine fi
ne durabit. sicut dixit gabriel
beate virgini marie. Et regni e
ius non erit finis. Et patz in p
ma visione daniel' h'et vñ rap'
Constat autem ex libris qꝫ firma
ti sūt iudith hester machab. quō
semp post reditū de captiuitate
filij isrl' sub grauib' onerib' desu
dabant tribulationū. **P**retanc
rat em deus ne pꝛspicuas et omū
sicut pꝛudē ante captiuitate cōt
eis occasiones ruine vñ eis sic
non desuerūt occasiones pꝛseu
tionū et graues strages. **N**eqꝫ
tu hec pꝛsecutiones a pꝛis hꝛ
cano ⁊ aristobolo pꝛtendentib'
pro regali dignitate pompeius
nūcius romānoz occasione hax
pꝛtentionū iherlm subiecit tribu
tis romānoz. Et postea romāni
herodem sic antipatris qꝫ et asco
lonita dicitur regem iudee sta
tuerūt. **D**ub au' eā tepe iohes
baptista xpi pꝛcursor et iesus
dei filius ex virgine natus est
vt euāgelicā pandit historia
secundū vaticāna iacob pꝛi
arche. **N**ō auferet' inqꝫ scriptū
de iuda rē genese xlix et dan

el' i' **P**sqꝫ em ad h'et tꝛa semp filij
isrl' pꝛduces reges aut sacerdotes ce
gebantur. **C**reditur et propheta ab
lata pꝫ quadringentes annos vsqꝫ ad
iohem vt omū oculis nou' qꝫto cari
oz ipha tato maiora et hactenus lau
dita nūciaret. Et nō solū nūciaret.
s' et digito demonstraret. **T**anta vñ
sātate pꝫfulgidus vt merito ange
lus sit a malachia appellat' vt sac
tus scōrū a scissuno ipha nūciare
tur et demonstraretur. cui' sātatis
testimonū phibet veritati. Et nul
lus dubitationi locus eliqueret
qm que ipse ostēdet vt filius dei esset
patat' em emūciaa oem tolle so
let dubitationē ⁊ suspiciōnē falsi
Cui' sātati testimonū ipa veritat
phibet dicens. **I**nter natos mulier
nō surrexit maior iohē baptista.
Ab exodio igit' mundi ascendētib'
nobis usqꝫ ad hūc altissimū mō
tem sꝫ xpm dei filiū latissimus
campus pꝫspicua mēti apitur ad
speculandū ante ⁊ retro. **R**etro
quidē. vt i hoc opusculo pꝫpendio
se pꝫstratū ē i gñationibus ab adi
vsqꝫ ad xpm septuaginta septe gñā
tiones luce in. Et ab abrahā vsqꝫ
ad xpm quadraginta due gñā
tiones mathi pꝛmo. **Q**m i hñs
gñationibus que pꝫplectuntur
annos quinquaginta milia due
tos vera dei cognitio pauassimo
habuit cultores i copatione tota
mūltitudis huāni gñis. **Q**m
rara sātatis i hoib'. **Q**m pene tot'
mūdus saulcato luce naturali
et istinctu rōnis ac lege naturali

141
obtenebrata ambulans p' vanita
tes ipetui sensualitatis obediebat
Sicm hñ qui legem dei acceperant
scriptam et p'has audierat et mie
ra opa oculis visibilibus intuebā
tur a cotidianas amonitiones ha
bebant et a via veritatis oberu
bant. qñtomag' hñ q' nichil eorū as
secuti sūt. qui tñ ppter h' nō excusa
ti sūt. **Q**uāta multitudo i hys qñq'
milibus et ducentis annis putanda
est eterne dāpnatiōi obnoxia. **P**e q'
et pro qua si licet salua dīna iusti
tia oculi oīm deuotorū incessant'
flumina lacrimarū effundē deberet.
eo q' tot hoīes ad ymaginē dei cre
ati ab illa bñfica visione dei excludi
deberent. **P**z pro hys flere nō licet s'
iformādo se q'libz dīne voluntatē
Et si possibile foret ut q'libz dīstet'
sup alta specula itūctur inūabi
lem multitudinē trahi ad ignē sp'
nos plus obstupescēt. qm olim re
gina saba. que contemplanē ea q'
circa salomonē gerebant nō habe
bat ultra spm p' magnitudinē am
mirationis. possetq' dice' simile qd'
illa nō credidi dicentibus scrip
turis de pauitate saluandorū don
venēs ipse videre ea. **E**t cognouit
q' medicas in nūciata nō ē. **Q**ñ
tū em ex scripturis scīs eluc' pos
sum' numer' p'destinatorū an
dristi aduētū i copatiōe p'fatorū
quasi nulli' reputationis erat. ita
vt arbitram' neq' mullerū hō
sit saluatus an xpi aduētū i car
natione. **P**rimo. ppter dei igno
rantiam. q' etiā sapiētissios late

bat. **Q**uippe q' sola rōne iutebat' huān
ner alia credere volebant. q' sup
rōne erant. sicut fides futura redēp
toris. sine q' nullus etiā an xpi
aduētū saluabat' saltē implia
te vel explicitē. **P**eda rō fuit fomes
p'ci. q' post se traxit i finitā mul
titudinē. q' impetū carnis sequeba
tur. **N**ā iohāne dicere. sanus oē
qd' est in mūdo a dāpnā carnis ē.
aut dāpnā oculoꝝ a supbia vite.
que tūc pene toto orbi dñābatur.
Et vtiā hodie mūdo locū habent
Tercia rō est ioluta tot' multitu
dinis dīfuetudo q' pro lege solet repu
tari. nec crede' i h' iude' posse vt a
multis estimat'. tū cotrauiū sepi'
sit verū dicere dño p' moysē. **N**on
sequēris turbā ad faciendū malū.
n' in iudicio plurimoz acquiescas
sūc vt a vero deues ero. **P**uto
em regularit' esset semp' fuisse vñ
q'qd' ē in mōalib' actionib' huā
nis quo ad maliciā et bonitatē
frequēter a plurib' acceptat'. et a
multitudinē vulgi i agibilib' q' ad
praxim et exercitiū eligitur mag'
i malū q' in bonū rōnis tendere
Et rō est. q' virtus scdm plim ē
circa moderationes passionū. se
cundū debitū rōnis iudiciū. **P**au
a aut sūt qui scdm rōne abulāt
Multi vero impetus passionum
sequuntur. p' nature corruptionē
et sensualitatis ipulsionē. **I**deo
pene in oī dīgregatiōe videm' ha
būdare nūcū illorū. q' carnali
a quecūt et amplectūtur. **P**au
cos aut q' calcatis carnalibus se

extendunt ad spiritualium amore. Et
in his quanto excellentiores tanto
pauciores. Ideo dicit philosophus in topi-
corum. id quod plures sapientes eligit
magis est eligendum. Non absolute
quod plures. Nam propter hoc est
magnam se habere pro sensu. non pro
intelligentiam. cum tamen contrarium sit verum.
Et hanc causam assignat sanctus thomas.
cur plures damnantur. quam saluantur.
Dicens. prima secunde que xxxiii. arti-
culi. vii. Bonum proportionatum rationi statum
nature destitute accidit ut in plu-
ribus deficiat ab hoc bono ut in
paucioribus sed bonum quod accedit
eodem statum nature inuenit se ut
in paucioribus. et deficiat ab hoc
bono ut in pluribus. ut est scilicet intelli-
gibilium et debitum usus vite et vi-
uendi secundum rationem propter quam est
homo. Primum est autem modus viuendi
secundum carnem et sensualitatem.
vnde stat ante christi incarnationem cum
lex solis iudeis data erat. et so-
lus deus in iudea secundum dominum dauid
notus erat. gentiumque vocatio
christi aduentum et resurrectionem et as-
censionem eius seruabatur in iudabi-
literis plures erant gentes per totum
mundum multipliciter quam solus una
tribus hebreorum in una mundi parte
scilicet in terra promissionis. paucis
igitur numeris pro tunc predestinatorum
erat. Placuit utique quod omnium temporum
iustissimo mediatori ut tempus
legis nature et legis scripte per-
curreret tempus gratie. Vnde dominus in illis
duobus temporibus pauci saluarentur.
In primis tamen pauciores quam in secundo.

ut palam ostenderet. quod nisi gratia hominum
debita subueniret. nec natura nec
natura lex sufficiens esset ad hominem saluandum.
Nihil enim ad presens adduxit
lex secundum apostolum. ut iusta fieret et pub-
lica gratie diuine commedatio. et homines ef-
fectuatis desideris sitarent gratiam.
Dine qua non natura non lex saluare
posset. nec in se fiduciam poneret et
meritis suis ascriberent salutes.
mentes superbiens duceres. Manus
neque excelsa. et non dominus fecit heri omnia
Simulque ut posterum omnes timeret et
grati essent deo. nihil de se presumere.
Quis enim dubitat si nos qui de ge-
tibus nati sumus fuisset. uel po-
tius quibus ante christi aduentum. ma-
gis eadem damnationis nos eadem
vna cum illis rapuisse in barathrum ignis
et eterni. Passit ut illos in pun-
tione. ut nos omnes timeremus tempore gratie
nobisque in gentium benedictionis pri-
legia preuidit. Ab ipso enim ad per-
fectiora spiritus et natura. Inuenit autem
et gratiam. Quanta ergo pena. Inscuturam
est gratiam christi. Inscuturam. si tan-
ta pena precessit etiam illos qui nul-
lam gratiam sunt consecuti. Necnon hoc
memorandum putauimus ut deus
se nullius debitorem ostenderet. sed
iusta sua rectitudine omnes homines
damnationi obnoxios probaret.
Et declarat per damnationem illorum
ante suum aduentum quid posterum
tota massa humani generis meruis-
set. nisi in debita misericordia filii dei per
se ueniret subuenisset. Doctrina
autem cunctis spectabilem. et nulli ob-
liuio obnoxiam posteris deliquit.

Et nō ex multitudine nūosa. nō
 ex longitudine tpm spacioſa.
 nō ex morū humanorū antiqua
 ta preſcriptiōe veritatis via argu
 atur. ſive hoc ē i ſpeculabilibus
 ſive i agnibilibus materiis cū i pñ
 ti p quāq; milia ānoz r āplius.
 r tanta p̄loz nūoſitate r mox
 habitudie veritatis apud paucaſ
 ſunos nota eāt omīb; alijs p̄de
 uia erroris tā i agnitarōe verita
 tatis ſpeculatiue q̄ i morib; errā
 tib;.

Dn̄ palogifant; qui arguunt
 antiquorū moribus. Hoc eſt obſ
 uatū. q̄ bonū. Et multitudo p̄loz
 ſic ſenſit a longe retroactis t̄pib;
 q̄ verū fuit. Nō alter ē fonō vñ
 haurit; agnatio veritatis r irrep
 henſibilis app̄atio bonitatis.

Veritatis cō ſpeculande origo ē
 eſſentia cuiuslib; rei p̄itellān decp
 ta. Bonitatis autē origo ē iū rō
 nis menſuratio. nō multitudo
 pplaris aut temporis longitudo.

Quorū ſpeculatio put plurimū
 i paucioribus conſiſtit. Et igit;
 error circa verū ē et bonū ſaltem
 ſc̄dm ea que ſūt ſup ſenſū vt plu
 rīm in multis. Qd q̄ verū ē in
 omīb; mūdi etatib; ſp̄ pbam; ex
 p̄ientia rerū m̄grā demōſtrāte

**De 6.ª etate mūdi q̄lib; etat; vi
 uētēs hōies añ. quo ad bonita
 tem ſive malitiā. cap. xiii.**

In orācia. Invidia.
 cupiditate r volup
 tate. pene totū mū
 dū añ xpm captiuū. medic;
 celeſtis hōis morbos curaturus

aduenit i ſp̄e humana viſibili.
 vt naſceretur pbans ſignus r m
 miraculis veritate doctrine. qua
 ſe dei filiū eſſe pbant. cū ſc̄dm
 iudodemi dictū. nemo potuit hec
 ſigna face. q̄ ipſe fecit. n̄ fuiſſet
 deus cū ipſo. **P**er ipſū imutabile
 exemplū cūctis poſt ſeculis oſte
 dit. ad qd̄ tota hōis intēno toto
 t̄pe vite ſue extendi debet. Poſt
 hoc redargūes oīm p̄teritorū t̄pm
 ſtudia que hōies i vanitatib; cō
 ſūperūt. Nonne vtiq; exemplar
 vite ſeipſum oſtendens r p̄terito
 rū t̄pm tenebras fugat; Nō no
 uerant p̄teritorū t̄pm hōies hu
 militatis. caſtitatis. paciētiē.
 paup̄tatis. māſuetudis. pieta
 tis. caritatis vias. ſed eandem
 d̄traias. **Q**uārū d̄traias v̄bo m
 ta r exemplo ſemp; iſtauit xps
Dn̄ aug; in libro de agone xp̄ia
 no. filius dei hōem aſſūpſit et in
 illa humana natura p̄ſeſus eſt.
 Hec mediana hōim tanta ē. q̄ta
 nō p̄t cogitari. Nā que ſup̄bia ſa
 nari p̄t; ſi hūilitate filij dei nō ſa
 nat;. **Q**ue auaricia ſanari p̄t; ſi
 paup̄tate filij dei ſanari nō p̄t;. **Q**ue
 ira ſanari p̄t; ſi paciā filij
 dei nō p̄t;. **Q**ue impietas ſanari p̄t;
 que caritate filij dei ſanari nō p̄t;. **E**t
 poſt pauca erigat ſp̄em ſuā
 genus humanū. r recognoſcat
 naturā ſuā: videat q̄ locū habe
 at i opibus dei. **N**olite vos d̄cep
 nē. **N**olite amare carnalia. qz
 i filio dei n̄ maſcula n̄ ſc̄ia ſum;
Nolite amare tp̄alia; quia ſi bñ

amarentur. amaret ea homo.
q̄ suscepit filius dei. Nolite time
re tumelas et cruce ac morte. q̄
si nocerent hōi. nō ea patētur hō
quē suscepit filius dei. Hec ille.
Et licet hec pauca b̄s aug. i. so
lacione elcōiē dei exp̄sserit. ne se
alienos a nūo filioꝝ dei estimēt
cum talia patiantur. cū et ip̄e
filius dei in se p̄essus sit. **¶** **¶** **¶**
Qua tñ
plura memoria digna i omi duc
satione presignauit suis electis
dilectis vt isolarentur. et tanto
se dei filio viciniores reputaret.
q̄nto eadē se d̄formioꝝ vident. **¶**
Et
exempli causa. odiū pro veritate
nō time. sicut et xp̄s semp odio
habitus est a scribis et phariseis.
q̄ et secundū euāgelicā veritate
p̄pter iudiā cū tradiderūt. Nam
inquit odio habuerūt me gratis.
¶ **¶** **¶**
Itē q̄ alienus et seuerus sermō
bus vsus ē femineo serui vt etiā
gnali noīe eas mulieres appella
ret tacito familiarī noīe etiā p̄pe
mātris vt patz luce ii. **¶** **¶** **¶**
Etiā i cruce
pendēs imitandū nobis exemplū
prebens et sermo rarus et seuerus ac
seuerus cū mulierib⁹ habendus
¶ **¶** **¶**
Qm̄ tempatus et frugalis i ali
mentis vt et fatigatus ex itinere
aquam a samaritana peteret
iherōn. **¶** **¶** **¶**
Et panes ordeaceos
sepe et sapius q̄ discipulis legi
manducasse. **¶** **¶** **¶**
Semper etiā legitur
displuisse diuitibus potentib⁹
et hui⁹ mūdi sapientibus pau
cis exceptis. ne sui electi egre fe
rāt se d̄temptū haberi a filiis

diuino tñ rā via iudant. **¶** **¶** **¶**
Item
ip̄ius sanctissima duc̄satio cū p
diotis simplicibus nec alte digni
tatis viris frequētibus fuit qui
eius doctrinā esuriebant. et vesti
gia eius sequebant⁹ i iudicibus
alijs et dicitib⁹. **¶** **¶** **¶**
Quis vnq̄ de pa
cipibus credidit i eū. si turba que
nō nouit legē. **¶** **¶** **¶**
B: felix turba reue
ra. et si nō nouit legē scriptā. legē
tñ nouit et dilexit auctore. **¶** **¶** **¶**
Et
blasphemias et otuelias. irrisioꝝ
et obseruatioꝝ. insidias et dmi
nationes. detractiones. rborū vi
tuperia. frustras suor opm̄ dinoꝝ
it̄ptationes p̄essus sit. et mille
talia. quib⁹ dinumerare sufficit.
¶ **¶** **¶**
Hec vtiq̄ maestas veritatis euā
gelice nūose declarat. **¶** **¶** **¶**
Et ad extre
mū mortem turpissimā nō refu
git. **¶** **¶** **¶**
Orōnes supplices p̄ suis scri
pturib⁹ ad p̄m i cruce pendēs
effudit. **¶** **¶** **¶**
In extrema aut paup
tate et ministerio ablutionis pe
dum piscatoꝝ et paupm̄ et at
tractatione et diuinatione cum
peccatoribus et peccatrice. et p
uulor ad se accedentū dilectioꝝ
quibus benignas suas manus
ipone nō dedignabatur et osculo
sui tradidit oris. et p̄ceptione
baptismatis a suo fidei seruo io
hannē. ieiunjs vigilijs et p̄no
tationibus i orōib⁹. in h̄is inf
om̄ib⁹ et alijs multo pluribus ex
emplis sancte duc̄sationis ves
tigia presignans vt corde iocūdo
hec similiter āplexarentur. nec
refugere hec dignarentur. q̄ oīa i

capite prius vidissent impleta. Nec unquam
 aliqd genus aduersitatis meibus a
 atadere posset. qd ipe dei filius i seno
 tolerauerit spem i fidenciam suis ps
 tare cupies. **C**onfideat iquit qz ego
 ma mudu. **P**ossent reuera sine
 la fluctuare itadentes i aliqbz ta
 libus pdictis si no sciret h in pna
 psona xpi filij dei aut i scis pphis
 seu aplis pcessisse. **N**uc vero oino
 fortati nullis hys tati auti debet
 a sco posito. **S**i iquit sermone me
 u seruaerut q vim seruaerut.
Si me pscuti sut q vos psequunt
 Et no est discipul sup magistrū
 suū it. **I**ngredies i huc mudū
 dei filius sue natiuitatis paupes
 pentes elige voluit. paucosqz ius
 tos qntū ex historia ewāgelica
 elice possum iuenit. **D**imeone an
 nā. pntes sct maria et ioseph. elua
 beth zacharia i iohon ipsoz prole
 Possunt tñ plures fuisse licet nos
 latent. **P**astores tñ q tres magos
 no dubitam fideles effectos. licet
 pus i eos tales fuisse no legamus
Darbas vero phariseos q sacerdotē
 quales i bonitate a malicia fuerat
 testat pū corū testimoniu qd de
 loco natiuitatis xpi herodi dedit
Mh Et tu bethleem tra iuda q
 Reliquū vero vulgus etiā qle fue
 rit testat turbatio i iustitio de
 xpi natiuitate. **H**erodes iquit tur
 batus ē q ois iherosolima cū co
 Neq em legimus aliq cū tribus ma
 gis p sepe xpi qsuisse. qd tñ ex scrip
 turis sanctis agnouerūt. q labore
 magoz audierūt. **C**otidinis

tñ i legalibus sacrificioz oblata
 onibus itentos eos fuisse no nega
 m. **F**ortasse magis ex auaritia
 sacerdotū. simulata iusticia pha
 riseoz pcedencia. q ex sincera de
 uotione. put q dñs scribis et pha
 riseis sepius obiecit. **D**e iquit vo
 bis scribe q pharisei rē. **N**ima cū
 legis mādata seruabat. maiorib
 repudiatis. **I**deo q de templo eos
 legi abiecit. **N**ā domū viduarū
 q pupilloz pillos deuorare vide
 bantur. **D**e scribis q pharise
O **C**assione 16 c. xiiii
 materie de scribis q
 phariseis delat stiliū
 extendē aliquantū i longū ad
 caucionādū quosdā quorū fi
 guram illi pretendebant vt spe
 culentur illos. ex illis ad se reflec
 tantur. emēdantes se si senserint
 se semitas eoz igressos. **S**i vno
 ex tunc se compescant ac deuitet
 vestigia eoz. **P**ut repimus ex
 doctorū dictis duo appetibilia ice
 nouim excellentibus. **I**llūinati
 onē illius quo ad speculationē.
 i opm refulgentia quo ad mox
 splendorem. **Q**umū idurāt
 nobis scribe in legis eruditioe
 periti. **P**edim vero pharisei. i sin
 gularū actionū executione. **P**n
 et paulus i actibus se gliatur
 sedm sectā phariseozū fuisse sp
 duersatū sine qrela. tñ de specia
 li sātate i vite inocētia. **H**ec duo
 pcepta p dūta nāria sut ice
 volenti i via dñi sē itellūs illu
 minatio. i actiū directio. **D**i 2^m

defuerit. primo ianus fulget clari-
tas in intellā. et est talis sicut gladi-
i in manib⁹ furiosi. **P**ri⁹ defuerit.
est homo sicut cecus p⁹ d⁹ curtes.
Qui q⁹to cecus currit. tanto periculo
sub casur⁹ est. **S**i v⁹ v⁹ nū⁹ al⁹ fū-
ciatur nil meli⁹. **H**ec due sette hū-
na estimatiōe cūctis hōim q⁹ib⁹
seu natiōib⁹ p⁹minebāt. v⁹na sapi-
ētia. al⁹ta sātate. **E**t inter eas
p⁹minabitur dignitas sacerdotalis.
Et reuēta stantibus eis in fūdamēto
et limitib⁹ eās nulle erāt exelle-
tiōes. **A**b eis em⁹ p⁹ilia alior⁹ directi-
ua p⁹cedebāt. et exempla b⁹ v⁹ue-
di. **I**deo et herodes de natiuitate
xpi scire cupiēs cupiēs a p⁹ncipi-
bus sacerdotū et scribis p⁹lor⁹ de
loco natiuitatis xpi cōditus fuit.
Ideo specialia insignia i⁹ntib⁹ et ves-
tibus gerebāt ob ostensione spe-
cialis excellētię donoz⁹ dei. **H**oz
etiam ymaginē et figuram gerūt
hodie et ordo doctor⁹ et sacerdotū
et regioz⁹ in eccl⁹ia. p⁹pter donoz⁹ dei
spālem excellētiā aut sapiām
aut sap⁹ sciētiā quibus p⁹ful-
get in plebe. **H**ec quidē tūc fuit
opinio magis vulgaris. et hoz
siles nō estimabantur. vt text⁹
crebro testat⁹ euāgelicus. **P**ri⁹ xpo
qui cordū secreta scrutabatur
non sic videbantur. v⁹mo scelerā-
tiores inter oēs iudeoz⁹ natiōes
eos estimabat. **Q**uipe quoz⁹ o⁹sa-
ētię ipm⁹ nō latebat. **N**ā pesti-
bus auaritię. sup⁹bie. ambiciōis.
vane glorię. iustitię. et pessime
simulatiōis ac impietatis mā-

culati erāt. licet exterius nitōe q⁹ar
sup⁹facialis sātatis resplendere vide-
bantur. v⁹ni eos sepulchris foris deal-
batis et iteri⁹ ossibus mortuoz⁹ ple-
nis assilabat q⁹ x⁹em. **I**nde est q⁹ nul-
lus hōim q⁹uatiōib⁹ totāc⁹ ve eter-
nū i⁹precabat⁹ sicut illis vt p⁹ ibidē
Et totū illud cap⁹lm in rephensiōe
scribatū et sacerdotū est imposu-
it. **O**ia inq⁹ opa sua faciūt vt videā-
tur ab hōib⁹. **L**egat illud cap⁹lm
qui eoz⁹ negāā voluerit agnoscere
liam et ipsi p⁹mi erāt in xpi reu-
firiōe. in p⁹phatū occisiōe. in sc⁹
et ap⁹lor⁹ p⁹secutiōe. **H**os nemo cor-
rigere. erudire n⁹ p⁹suade⁹ poterat.
tanq⁹ ipsi sibi sapientes existente⁹
odio iudiciā blasphēmia pleni ē-
rāt. **H**is null⁹ placebat. n⁹ cōsilis eoz⁹
acquiesceret. **I**psis traducentes o-
nes dēmpnabāt. se solos et nullō
alios iustos arbitrabantur tali-
cū liquantes et camelū glūcie
tes. **I**dem minora legis ad vngue
seruantes et maiora sc⁹ iusticiā
veritatē et pietatē nō curabant.
Ecce q⁹nta distantia iudiciā hūmā-
ri diuini. **Q**uod illi sanctissimū
estimabant. d⁹ nequissimū. **V**ni
et elice possunt q⁹nti i estimatiōe
hōim sc⁹ssimū estimātur et hodie
qui apud deum mīoris sātatis iu-
dicantur. **D**eus in corde iuste iudicat.
homo videt in facie. **I**tem cū illi q⁹
spāli sātate flore⁹ videbant⁹. p⁹uer-
tuntur in reprobū sensū. h⁹is q⁹ nul-
li peiores sūt. **N**am et sc⁹dm p⁹lm
quarto metha⁹ calidissima fuit
frigidissima. **H**ec autē null⁹ hōim

144
scuisset sensus à ignosceret. nisi de
tales apte pdicass. i cautela vt q
neam. cū quod possibile est hodie
q fieri. q aliud e iudiciū dei q aliud
hōim. ¶ Speculet se qlibz sapiēs et
religiosus ac platus q statū repre
sentat scribarū q phariseoz. ne in eo
repiant pūse ppetates istoꝝ q̄s xp̄s
describit in xxi. Ne opa sua faciat
vt videantur ab hoīb? ne amet p
mos acubitus i cenis q pmas ca
thedras i synagogis q salutatioēs
in foro q vocari ab hoīb? rabbi.
Ne simulata equitate pius q
mūnis mandatis hōim plus iu
gulent i se q i subiectis q̄ dūis p
ceptis. plus dolentes q atrebuis
castigantes si subditi transgredi
antur eorū traditioēs. q̄ diuina
precepta. Ne se sup deū velint ho
norari. et nō ppter deū s ppter seipos
et si solū dūm honorē nō pū q̄rat
in p̄sidentia. In vō scribe q phari
sei sicut principes sacerdotū tm de
sua sapia et iusticia p̄sumebāt
vt s̄a ioh̄is baptiste testimonio
de seipso ad quē miserūt nō crede
bant. Contra quos eadē xp̄s in
xx eos corrupiēs q publicani dicit
q p̄atores. q meretricēs p̄cedēt vos
i regno dei. Crediderūt em ioh̄i vos
aut videntes n̄ p̄niam habuistis
vt creditis ei. Eadē colligitur tali
ū siles fore difficiles ad corrigē
dū emendandū q p̄posito suo au
tendū. Quoz vō opa i patulo
nulla hnt excusationē. illi mltō a
tus emēdant. cū eoz vulnea mā
festa sanie redūdant. vt tūc erāt

publicam p̄atores xp̄o teste q̄ ad p
dicationē ioh̄is penitentiā egerūt.
Qd vtq̄ hodie fieri cernim? vt
facilius admittūt amōitioēs ifor
matioēs hoies hūc sc̄lo dedit. q̄
q̄m a sc̄larib? actibus elongati.
ifidentes i suis appetibus. idio
nub? q traditioibus hūmāis. q̄b?
q̄ ipi iusticiā sibi pmittūt. vt oī
ille pharise? in tēplo orās cū pub
licano. ¶ Possim? q̄. triplex ho
minū genus intelligere. Primum
qui intra et extra sūt boni.
Secūdm qui itus et extra sūt ma
li. Tertū q̄ intus sūt mali. q̄ ex
tra apparent boni vt hic scribe q
pharisei. Quartū etiā ad dipo
test. vt itus boni q̄ exterius mali.
Et hū intelligi q̄dem possūt. s̄n
esse. Quia nemo ē itus bonus.
qui exterius potest esse ver? mali.
cum adesse bonū excludit oīs
malicia. Que si in aliqua pte
repta fuerit. reputatur totus
malus. qui malū sufficit q̄ se
quitur ad vni? idiois malū
Bonū aut requirit oēs idiois
bonas. Primum sūt optimi. sc̄andi
pessimi. tertii p̄pocrite q̄ similit
icmendabiles regulariter. q̄ti
nulli sūt. Ex isto sequit? q̄ nō oēs
sunt trahendi verā doctrinā enū
ciantes in morib? i exemplū.
Dicitur ei in xxi. Supr cathedrā
moysi sederūt scribe q̄ pharisei.
quē dicit facite. q̄ aut faciūt fa
ce nolite. Dicit ei q̄ nō faciūt.
¶ Secūdo sequitur. q̄ nō oēs q̄ agūt
exterius bona. sūt in doctrinā

imitandi. n̄ cor̄ vera est doctrina
Patet in. vii. attendite a falsis
prophetis qui veniunt ad vos in
vestimentis ouium intrinsecus autē
sunt lupi rapaces. Nec etiam oēs
qui sincere bona agunt videntur
i doctrina imitandi. licet i opibus
sunt sequendi. Nam rectus in co
gitatione nō potest rectū ducere. Et
duo requirunt ad vite p̄fōnē xpo
teste. Estote iquit prudentes sicut
serpentes. et simplices sicut colū
be. Et paulus dicit. Malicia p
uuli estote. sensib⁹ autē p̄fa sit.
Nō est enī fons cognitionis et
affectiois. Ex illo etiā colligere
possum⁹ doctrinā dīne et mora
li p̄ficis formē. que ē talis. q̄ in
quocūq; hoīe. huāne passioēs
et aīe affectioēs i aliquā parte
hoīem vehementer iclināt dif
ficilime remediū adhibet. vt
sunt ira et amor. cupiditas. a
bitio. iuidia voluptas. Dicit
etiā hoc ap̄m i naturalib⁹ cūm
ad quacūq; pte fit iclinatio
nature. nō nisi magna r̄siste
tia via obstruit. Et y echoice
et in metha. Dicit lingua i
fecta huore amaro saporis sa
ni nō sentit veritatem. sic nec
aīa humana passionib⁹ in
fecta pueris difficile ad tra
tū trahitur. Q̄ difficulte
luxuriosus amor castitatis p
suadetur. iracūdis suauitas
mansuetudo. ambiciōsis stat⁹
hūilitatis. auarib⁹ merces i pau
ptatis. Tales ad p̄positū erāt sai

ber et pharisei tpe xpi infecti ab inō
auaritia iuidia et qui nullo mō
admittere poterāt sanā xpi doctri
nā de vera via virtutis. Et siles sunt
qui silibus laborāt passionibus
de q̄ nō est dubiū. Nisi ergo iste
passiones itioēs eiciāt a mente.
i possibile est admitti passioēs vir
tuosas ip̄is contrarias. Dicit n̄ lin
gua alieno infecta huore fuerit p̄
mo oīo purgata nūme possibile.
vt bonus et n̄alis sapor rei agnoscat.
Hec mēoria digna quilibz via
sua curā et de facti a pueris ac
tionib⁹ a emendari cupiēs i cor
de suo imprimat. Quia si p̄ emū
dauit quod itus ē facile emū
dabit quod extra ē. Sic herodes
nūme iohem baptista decollasti
si amorē herodiadis adulter a cor
de voluiss abscedē. Et de mille tali
bus scriptura sana testat. Collig
tur ergo proximos esse ruine qui
sentit se affectos ēē ad aliq̄. Nā
omē contrariū semp̄ a nūc vento
temptatiois aduacente a facultā
tate data mox p̄siluit ad casū.
Consultissimū est q̄. cuiuslibz vt am
suū ad nichil habeat alligatū. q̄
et possit trahē ad ruinā. quia arbor
ponderosa iclinata p̄o vento ip̄e
lente ruit. Patet etiā q̄ dixit de
passioibus i dauid rege. q̄ i cupia
bethabee ligatus. quasi vulne
rata arbor facilis fuit ad cūnā.
i qua et lapsus fuit i adulterū
et homicidū. Nec potuit ab istis
cūnibus abstinē durate i corde ab
i cupia. quā si absadiss omnia hec

sequētia cūmā declinasti. Sic de siliō
 idubie iudicandū. **¶** Sed hic oritur du-
 biū silentio nūme ptercūdu. Et q-
 uo in hoīe habz dominū sup passi-
 ones aīe que consistit i irascibili et
 concupiscibili. quō i vñ venit q- rō
 viat' ab ira et cupia ac ab alijs
 passioib' cū ipa dicit' strarū faci-
 endū. Et nō fieret strarū si ipsa rō
 sentiret. Et dicitur sic aliud et facit
 aliud. vt patz i iōtinēte et quolibz
 alio passionato cōtra scipam facit
 faciente sicut patuit in rege dauid
 adulterante faciente se hec nō debere
 facere et rōne dūtante nō debet hec
 fieri. **Sicut** et i scribis et pharisais.
 qui scienter ipm xpm psecuti sunt
 strā ppriā rōne occasione etiā quoz
 hoc dubiū est iōduciū. **¶** Pro cui' ex
 peditiōe notat scūs thomas. q- pas-
 siones que sunt i appetitu sensituo
 faciūt semp aliquā transmutatiōe
 corpis q- sunt fortes vt patz i iracu-
 dia et inflammatiōe p concupiscētiā
 carnis et siliōibz. Et ex illa corpali
 transmutatiōe ligatur vsus rōnis
 vt vel totaliter nichil cōsideret. ul' q-
 nō libere cōsiderare possit. vt patz in
 freneticis dormientib' et ebrijs. **Cui'**
 rō est. q- potencie oēs radicāt in v-
 na aīa et sūt iuncte. Potest igit' vna
 i sua passione tm iūendi. q- aliā
 totaliter impediāt i sua cōsideratiōe.
 n' speculatur nec respicit etiā pte
 vntem aptis oculis. **Sic** cū fortis
 cura aut cupia i peditur a cōsidera-
 tiōe scie. **¶** Dñ etiā vid' aliquos
 ppter iram a cupiam totalit' vsu
 rōnis pdidisse et i insanā versos

fuisse. **¶** Ideo ratio i fortibus passi-
 onibus sensituis nō habz liberū
 iudiciū de agendis picularib' q-
 que sūt in pte sensitua qe singu-
 larū. **¶** Unde obnubilata rōne et
 abstracta a ppria libertate agni-
 tionis. cū nō habeat pro tūc ple-
 nū dñū sup sensitua potētiā
 trahitur i cōsensu sicut dormiens
 cōsentit multis illicitis. quibus
 vigilans et rōne vtens nūme
 cōsentiret. **¶** Et hz rō incōtinēns
 durante cupia dicit fornicati-
 onē esse malam et nō eā esse fa-
 ciendam. s' hoc solū est in vni-
 sali. tm ad picularē applicata
 ad hanc delictiōne cōsentit etiā
 esse sequendā. **Sicut** ebri' pferit
 verba. que tm iterū nō intelligit
 vt patz in ethicorū. **¶** Nec tm homo
 iōtinens. uel passionatus hz
 rō sit ligata et facit actū pēn.
 non ideo excusatur totalit' a
 pēn. hz pēn aliquāter minuit'.
 quia ligatiōem rōnis potuit
 de facili excludere passiōe. et sic
 voluntarie rō ligauit scipam et
 sibi pbiuit obstaculū. **Sicut** vo-
 luntarie iādens iādēs i ebrieta-
 te. reus est oīm que sequūt' ex e-
 brietate. **¶** Voluntarie emet delibe-
 rate rō scipam p cōtētiōe appli-
 cauit ad actū appetitus sensitui.
 pēe quā est ligata. quā excludere
 potuit cū adhuc libera fuit.
¶ Sicut quis cadens i foueā sciet
 sibi imputat' q- pēn libe' nō pōt
 exire. **¶** Et hoc vocatur a doctori-
 bus peccare p infirmitatē. id est p

passionē nō corpis s̄ aīe. Ex mali-
cia autē dicitur peccare. ex certa
s̄mā uel habitu nodū ligata cō-
ne. Exemplū primum. sicut in pa-
litico uolenti recte iudicare et non
potenti. Ideo tales passionēs no-
mīant̄ egritudinēs ab antiquis
Ideo sumū d̄silū est uolenti uita
a declinare ut scī aggressu p̄fue-
rēt iudicāt i aliquas aī passioēs
vehementēs. quas facilliter p̄mo-
uitare p̄t. cū nodū ualuerūt.
Quia si ualescant r̄ uōnē obsu-
rent diffiallīmū cū pugnat̄ cō-
tra eas.

De p̄pocritis c̄ xv.

Ex doctrina xpi et ap̄lica
ostat extitisse plures il-
lis t̄pibus ip̄sōz. q̄ in
suis op̄ibus nō purū oculū ha-
buerant. nō q̄rentes q̄da sūt. s̄ q̄
p̄p̄ria. Et opa exteriora q̄si iusticia
ei eis relucebant. nō t̄n erat opa
uē iusticiae cū noīe iusticiae. Esuri-
es et sitis interioris iusticiae s̄ cor-
dis exprimat̄ xpo teste m̄. v.
Hī qui esuriūt et sitiūt iusticiā
q̄t. Vbi noīe iusticiae exprimitur
uoluit q̄dlibet opus q̄d r̄cā itenti-
one factū esse meritorū in debi-
tū finē ordinatū. et magis radix
interior s̄ desiderū iusticiae ex-
p̄mitur q̄ opus exterius. Nā ta-
lis esurēs et sitis uere iusticiae
nūq̄ possūt esse deo ingrātē.
opus uō exterius p̄t infra p̄u-
sa intentione ut mercede eua-
cuetur. Precedūt multa opa
exteriora q̄si ex radice caritatis.
S̄ reuera radix eoz ex radice s̄

m̄re cupiditatis. Cui⁹ matere s̄
damenta i mōtibus sanctis sacre
scripture sūt iactata. Cui⁹ clara
sunt testimōia i multis locis.
S̄i namq̄ q̄at. v. Attēdite ne ius-
ticiā uāram faciatis corā hōibus
ut uideamū ab eis. alioq̄n mercede
nō habebitis apud p̄c̄m uāram qui
in celis est. Et q̄at. vii. Attēdite
a falsis p̄p̄is. qui ueniūt ad uos
i uestimentis ouium. it̄nsecus at
sunt lupi rapaces. Et alibi. Cauete
a fermento phiseoz. quod c̄ p̄p̄o-
critis. Et q̄at. xxi. Omnia opa
sua faciūt ut uideantur ab hōi-
b⁹ ideo eis eoz i eodē cap̄lo uē
eternū imprat̄. De uobis scribe et
pharisei p̄pocrite. Solent em̄
tūre her in uā p̄sonā. scīa q̄
ad scribas simulata sanctitatis
quo ad phariseos. et iusticiae
opa quo ad exteriora cū uenien-
ta tradite it̄nctionis. quo ad p̄p̄o-
critis sic quod r̄one sūt diuisa sup̄-
posita i eodē. Pauli etiā s̄mā ē
i th̄m habentes sp̄m q̄dem pietatis
uirtutē cuius abnegantes. Et
alibi. In p̄pocriti loquentes mēda-
cū. Et em̄ rep̄re inter gr̄ia ho-
minū quosdam qui apte sūt p̄c̄o-
res et publicani. eoz iusticiaa nul-
lo colore p̄t palliare. et in hōis nul-
lū locū habet p̄pocritis. cū uulnēa
de p̄se dament iusticiaa. Aliud
uero genus hōim ē quoz iusticiaa
deo nota est. qui eoz corda scrutat̄
s̄ hōies cōter latent qui solū exte-
riora opa uident nō corda. Et h̄
t̄p̄ iusti reputant̄ ab hōibus ut

de illo phariseo euangelico luce xvi
 a dno reprobato. Primum mundi non sunt
 de appetitu satietatis. Sed sancti venerari
 videntur sanctitate et iustitia populi ex
 teriora. sicut de illis fatuus virginibus
 an. xv. q. lampadibus susceptis oleum
 late. Isaac in seno habuerunt cum secundum
 Aug. non letantur de opibus iusticie nisi
 in laudibus hominum ideo in te de opibus re
 ceperunt in presenti sed hominum laude.
 a alia corporis voluptates et modi
 tates. Quodlibet enim opus quod dignum
 debet esse remuneratione divina. debet
 habere finem sed de caritate aut pri
 mi. Et illo si sine prius et alium ha
 beat finem propriam laudem corporis co
 modum honorem abiectionem. a quatuor
 q. cupiditate seculari ad propriam per
 sonam pertinetem. talis est palea vento
 plena et farina vacua. Et quibus
 iudicare ab hominibus. q. intentione hu
 mana exteriora fiant periculosum
 est et incertum nisi valde spiritualibus
 in scripturis sanctis expertis.
 Nam secundum apostolum. vir spiritualis
 omnia dividuat. et ipse a nemine
 iudicatur. Unde dicitur. Nolite
 ante tempus iudicare. quousque
 veniat dominus. qui illuminabit
 abscondita tenebrarum. Sed hoc
 solus est hominis per se dependere quis
 sit ultimus finis seu intentio suarum
 actionum. Unde dicit paulus. Probet
 autem seipsum homo et sic in seipso glo
 ria habebit et non in alio. Nemo enim
 facit quod agatur in homine. nisi spiritus
 hominis qui in ipso est. Et utinam quibus
 libet seipsum equissima lance pondere
 raret. quid ultimate in studiis suis

grat. Deum enim cordis occulta latere
 non possunt. Quis autem credidisset quod
 suo tempore horum quorum vita ab hominibus
 irreprehensibilis et iusta visa fuit.
 tantis damnationibus obnoxia fu
 it veritatis scrutatorum dicitur. Posset
 tibus qui iustificatis vos coram hominibus. de
 autem novum corda vestra. Quibus quod ap
 pareat hominibus iusti. intus autem
 pleni estis propositi et iniquitate. sicut
 silicibus dealbatis. intus autem pleni
 cadaveribus mortuorum an. xv.
 Et quia illo sed christi tempore tales latu
 issent. nisi veritas eos tales fuisse
 aperte declarasset. Inde simili modo
 verendum ne postea. primo quibus te
 poribus cum nullus horum iudex esse
 possit. aut debet. multi esse tales re
 priantur. Quod enim possibile fuit
 in illis temporibus in multis fuisse. hodie
 timendum est in multis esse posse.
 Hec enim regula aristotelis in topicis
 probabilia esse demonstrantis. Ideo
 hic stilus sine temerario iudicio
 cuiuscumque nutitur oculos cuiuslibet
 excitare a torpore eterne prope fiducia
 tionis. ut quilibet clare se speculet
 et intentione dirigat si ea sic conse
 rit iturata. Dicit enim christus ad
 discipulos dixit predictum verbum. attē
 dite ne iusticiam vestram faciatis co
 ram hominibus ut videamini ab eis.
 sic etiam dici potest de quolibet opere quod
 bona vel mala intentione potest fieri.
 Et ubi gratia. Attēdite sacerdotes ne
 missarum sollemnium celebretis coram homi
 nibus ut videamini sancti. et ut voluptatum a
 iudi. a pecunie cupidum. a ut auctore
 tibus dignitates a honores hominum. a eorum

iplacencia videamur venari. sic pten
tes nullis quasi mechanicis instru
mento se nutriendi. illud tamq̄ vl
timū fine reputantes. Potest etiā
fines esse sub fine. vt s̄z officiu sacer
dotis exerceatur p̄ qd̄ habeat bñ vni
possit. et hoc ulterius ad laudē dei
et hominū utilitate referendo. Quis
cū scriuit altari. q̄ nō de altari. s̄cū
aplm. Sic etiā bñ licitū ē iusticiā
facē corā hoīb? videam ab eis. dū
mō tū illa nō sit vltimus finis. s̄
ulterius ordinet̄ ad edificationē
proximi q̄ ad laudē dei. dicente xpo
Lucrat lux vestra corā hoīb? sic vt vide
at v̄ra opa bona q̄ glorificet̄ p̄m̄ ves
trū qui ī celis est. Ecce eadē opa ius
ticię. q̄ tñ in vno fraudat̄ mercedē.
ī alio digna v̄co sūt a deo remunere
rari. q̄ hoc p̄pter solā cordis itenti
onē. Ita q̄ de p̄nuiciatiōe verbi dei.
cui⁹ potest ēē varius finis. Aut vi
ciosus aut virtuosus. ā p̄pria ex
tollencia appetitus questuū. hūa
na iplacencia hūdis vulgaris
appetitus sapiē et sciē p̄prie decla
ratio. alterius iulcaciō. Sic de
elemosinarū largitiōe. de orōne
q̄ de ieiunij obfuitatiōe de quibus
m̄. vi. tractat. Nō solū illa notās.
s̄ oīa similia. vt eccliarū ingressū.
Pegrinatiōe ad limia scōrum.
ad pugna d̄tra gentiles et infide
les ad deferenda calicia. tonsurā.
aut ingressū religionū. aut au
ditiōe verbi dei. Nec talia p̄nt
nūari. que ī istis trib⁹ a xpo nōiā
tis debent intelligi. Intelligūtur
etiā filia ex filibus. Et intelligē

dū est nō solū tales suas actiones
puersa itentione q̄ sine torripente
mercede sua priuari. s̄ q̄ grauiora
supplia merē. Non em̄ est equi
tas simulata eq̄tas. s̄ duplex in
tas. Hui⁹ filies sunt preciosas nites
vendentibus p̄ vilissimo precio.
Que vtiq̄ merces eēt̄ digne et ce
na retributiōe. De talibus puto
xpm̄ dixisse m̄. vi. Multi dicūt
michi ī illa die. dñe nōne ī noīe tuo
phetarū? q̄ ī noīe tuo dōna cie
cam? et ī noīe tuo virtutes fecimus.
Et tūc iustib⁹ illis. q̄ nūq̄ noui
vos. Para mō estimādū est de p̄si
dentibus. tā in tribunali⁹ terrarū
dignitatu. q̄ ī cathedris ecclēsiā
ticarū potestatu. vt nō hās vtant̄
ad questū p̄p̄rii lucri. ad gloriā
p̄p̄riam captandā. ad voluptates
corpis. ad dignitates acquirēdas q̄
possidēdas ad laudes hominū accipē
das s̄ solū ad dei honorē q̄ p̄ximo
q̄ utilitatē. ne sup̄ eos veniat illa
p̄phetia d̄nuatio. De pastōrib⁹
isrl. qui pascebant semetipos.
Iac̄ d̄medebatis q̄ lanis opiebamū
ut̄ q̄ ibidē sequūt̄ gachelis xxxij
Illi vtiq̄ sicut q̄ alij dicturi sūt.
Nōne ī noīe tuo gregem pauiū
p̄ducaui⁹. pauiū nūa gregi
tuo. defendim⁹ laboraui⁹ dieb⁹
at noctibus. ecclias ac altaria fū
daui⁹ q̄ multa talia. Que vtiq̄
si etiā itentioē deo placendi facta
sūt nō neganda s̄ iuste remunera
da sūt. Si vero p̄pter seipm̄ vt glo
riā q̄rat. vt solū tolerari ī p̄sō
tia valeat q̄ suo honori p̄uideat.

ne dñs ab eo auferat villucationē o
 tm ad scipm dirigens finaliter nō
 estimet talis q̄ hec eā oīa sibi p̄fua
 ant ad salutem. **Nā** scdm dñm am
 brosy. itēno tua op̄i tuo nomē iponat
Et q̄ntū intēdis in tātū facis. **Nō** q̄
 gloriādū ē de talib⁹ ml̄tis op̄atis op̄i
 b⁹ s; aulib⁹ dicēdū ē. **Gla** nūa hec est.
 testimoniū dñi nre. **De** signis x̄o
 si q̄ elice poterim⁹ ex dictis euāgeli
 cis r̄ alyb⁹ tōnib⁹ euidētib⁹. quō quis
 dēphendē in semetip̄so aut in alyb⁹
 valeat hanc pestē p̄pocit̄is latere
 videndū ē vt eam d̄gnoscendo deuita
 re valeat. cū malū nō euitat nisi
 d̄gnoscit. **Cognoscam⁹** igit̄ ex xpi
 verbis iā deductis p̄pocit̄as aliud
 age r̄ aliud quere. **Nā** op̄ib⁹ simu
 latis q̄si iusticiā suā ostendūt. et
 tñ nō eā querūt s; hoīm laudēs.
Et d̄gnoscam⁹ ex v̄bis saluato
 ris p̄pocit̄as auaricie stude r̄ cla
 rioni vt patz q̄. xxij. **De** inquit
 vobis p̄pocit̄is qui deuoratis r̄ co
 meditis domos viduarū i orōne lo
 ga r̄ p̄ hoc mānis iudiciū accipi
 etis. **Patz** r̄ auaricia p̄pocit̄arū
 ex venditiōe aiālū r̄ colūbarū.
 ex locatiōe nūmulariorū i templo
 quos x̄ps cecat luc̄ xix r̄ q̄. xxij.
Que ipsi quidē p̄curauerūt fieri
 p̄pter corū auariciā licz palliābāt
 illud p̄ diuinū honōem. vt mox ad
 uenientes iuēire poterant qd̄ deo
 offerrent. **Sic** om̄s p̄pocit̄e fr̄a su
 a colorāe studēt aut q̄ fiant ad co
 muniē vtilitatē. ā ad dei honōre ce
 lantes itērius suā cupiditatē. **Hoc**
 eā daret ex dictis xpi q̄. xv. qm̄

spoliabant r̄ p̄ntes r̄ filios bonis
 hereditarijs. que ipi p̄suadebant
 donai templo ā templi cultoribus
 dicentes. **Mun⁹** q̄dāq; ex me est.
 tibi p̄derit. et nō honorificabant
 p̄rem r̄ m̄rem. **Et** q̄ntūq; x̄ps
 tra auariciā r̄ d̄tra auaros p̄redi
 cabat. ipsi cū deribebāt vt patz
 luc̄ xvi. **Nolūt** tñ nomē habere
 auaroz licz v̄ci sit auari. **Et** licz
 videntur q̄nq; oppositū auaroz
 face ā dicere. p̄ pietatē r̄ largitatē
 ā verū mūdialiū d̄temptū. hoc
 tñ fite r̄ d̄pofe faciūt vt iusti vi
 deantur. **Idco** pharisei r̄ p̄pocit̄e
 tpe xpi eā m̄ma deamabant.
 mentā et olus. vt patz q̄. xxij. vt
 p̄ hoc alios attraherent ad ple
 nā deamatiōem om̄ bonoz exem
 plo suoz nūmōrū. r̄ hoc totū sila
 torie. **Idco** ille phariseus luc̄ xvij
 gloriabatur dicēs. **De** amas do. cc.
 om̄ nūmōz q̄ possideo r̄. **Et** tu
 dent eā tānti ēē ne dēprehendant
 i aliquo publico malo. p̄pter d̄ser
 uationē op̄nuōis iusticie. magis
 volentes apparere iusti q̄ ēē. **Vnde**
 et scdm̄ verba saluatoris aulicem
 liquāt r̄ camelū deglucūt. id est
 m̄ma quoz exteriorā magis ex
 tōponūt q̄ interiorā. de lesione
 iusticie r̄ m̄e min⁹ auarites q̄ si
 hūana statuta transgredereantur.
Ita sciantur arguūt grauitate si
 i istis nūmis hūanis traditiōm
 bus quis excedit. **Si** vero in tā
 ritate in iusticiā i veritate quis
 q̄ excedit nichil aduertit. **Holu**
 illi scribe r̄ pharisei qm̄ disapu

los xpi calumpniabant eo qd tradia
ones senocū nō seruaret. s; qmā
nō lauabant qm panē māducare
volebant **q^d xv.** Et x^m similiter
accusabant. eo qd lutū fecit de spu
to. quo oculos etiā ceti nati linceb^t
et sanabat in sabbato quasi dmi
legis transgressore dicentes. Nō est
hic homo a deo q legem nō custo
dit. Nos scim^{us} qz hic homo peccor
est **iohis ix.** laudes etiā huānās
